



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Altimontense Et Sonegiense Monasteria in Hannonia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

Beatum porro Gislenum in Gracia monachum ordinis S. Basilij fuisse, testatur Philippus ab Eleemosyna, in vitæ eius historia. Nam vt in Occidente S. Benedictus; sic in Oriente S. Basilii Magnus monachorum pater ac princeps existit, vt qui primus duriores illum veterum monachorum ritum ad meliorem normam, magisq; religioni congruentem, redegit.

ALTIMONTENSE ET SONEGIENSE

Monasteria in Hannonia.

Illustria hæc canobia S. Vincentius, cognomento Madelgarius, Dux nobilissimus, & S. Vualdetrudis Electæ maritus exstruxit. De ijs fuscè Chronographus Cameracensis: Nec præteream, inquit, vicum, quem Altum Montem dicunt, nec immeritò sic nominatum, cum beatus Vincentius, cum multis viris religiosi, qui cum eo fuerant, sua conuersatione reddiderit sublimatum. Porro iste Vincentius Comes egregius, sanctæ Vualdetrudis maritus, iuxta quidem secularem eminentiam, & rebus & genere potentissimus, eruditione tamen & crebris monitionibus beati Auberti Pontificis Cameracensis informatus, secularis militiæ pompam procul abhorruit, Deique obsequijs mancipare se potius æstimauit. Igitur cum de loco suæ con-

Floruit

An. 651.

S. Vincētius
quiescit So-
negijs, & S.
Vualdetru-
dis Monti-
bus Hanno-
nia, in basi-
lica nobili-
um virginū
Canonica-
rum, à se
instituta.

H 5

ueria-

instituta.

uersationis expetendo sollicitus curam gere-
 ret, non defuit diuina pietas, sancti viri desi-
 derium completura. Nam quadam nocte
 pluit Dominus niuem, & omnem regionem,
 circum & circa niueo rore resperfit, excepto
 paullulo loci, quod in supradicto vico, in
 modum videlicet crucis, respergendum re-
 seruauit. Quod vir Dei suo desiderio calti-
 tús contigisse altiore consilio intellexit, di-
 uinoque indicio certior factus, mox eodem
 loco monasterium ex proprio sumptu fun-
 dauit. Quod etiam suus magister Aubertus
 viris secum religiosis adhibitis, in honore
 Apostolorum Petri & Pauli dedicauit, ibi-
 que vir sanctus feliciter conuersatus, lau-
 dabilis vitæ sanctitatem ducere adstuduit.
 Ad cuius piam conuersationem multi viri
 religiosi confluerant, traditisque prædijs &
 proprijs rebus cū sacro viro degentes, ad vi-
 tæ regularis normã sese construxerant. Cum
 autem locus à Regibus & Principibus au-
 gmentari, & frequentia fratrum populòsus
 coepisset haberi, vt liberius Deo vacaret,
 ad secretiorem locum secessit, quem etiam
 locum paullò posterius dicam. Huius verò
 forma, & exemplo religio monachorum
 postea multo tempore adoleuit, sed per in-
 cursus gentilium, imò per crebras seditio-
 nes domesticorum, subripiante inopiã, or-
 do monachalis ad canonicalem redactus, sic
 ad tempus Domini Gerardi Episcopi vs-
 que me mansit: Quod verò cernens Episco-
 pus,

*Senegias
 intelligit.*

pus, præcepto Henrici Imperatoris, confilioque Herimanni Comitis, ac voluntate sui fratris Godefridi, fratris videlicet Episcopi, qui ex parte Herimanni Comitis ipsum locum in fisco tenebat, emelioravit, & facto Abbate Fulcuino in pristinum ordinis statum reformavit. Hic autem vir bonæ memoriæ Abbas, cum summo studio & labore nominis sui officium librans, & usum regulæ interius docuit, & locum omnem pro modico temporis, utpote adhuc novitium, pulchris ædificijs, & usui monachorum necessarijs, exterius insigniuit.

* *Et infra.* Repetamus locum, quem relictis quidem in Alto monte fratribus, expetijisse B. Vincentium prædiximus. Hic ab incolis Sungenias nuncupatur, ubi ipse vir Dei à frequentia populari remotus, fratribus sociatus monasterium struxit, ibiq; exactis huius vitæ curriculum, feliciter sepultus, cum filio suo † Landrico, Meldensi Episcopo, in pace quiescit.

Et iterum: Est monasterium in pago Hainou, in villa quæ dicitur Altus Mons, quod S. Vincentius B. Autherti prædicatione de laico monachus factus, & rebus sui iuris, sub monachorum religione construxit, ac sub regia manu per multos annos non mediocriter floruit. Superuenientibus autem causis diuersarum tempestatum, Comitibus in beneficium traditum est, & ad tantum casum paulatim deuolutum, ut monachis quidem egestate coactis, paucorum clericorum cu-

stodiæ

* Lib. 2.
 † S Landri-
 ces Mel-
 densis Epi-
 scopus. S.
 Vincentij fi-
 lius, cuius
 & Demo-
 chares me-
 minit lib. de
 Sacrificio
 Missæ in ta-
 bulis Episco-
 porum Mel-
 densiū. Er-
 rât itaq; qui
 eum nocte-
 rem Episco-
 pum nuncu-
 pant.
 Lib. 3.

stodiæ mandaretur. Procedente verò tempore contigit Arnulfo patri Domini Gerardi I. Episcopi Cameracensis à Comite Herimanno in beneficio compensari. hic audito de antiquitate & summa veneratione loci, sicuti vir sanctus, ad pristinum gradum voluit reformare, sed subripientibus causis bellorum non potuit. Post cuius excessum is Arnulfo filio hereditariè cessit. Huius nimirum meliorare volentis desiderium diuina clementia secundauit. Ipso enim tempore frater suus Gerardus ad Pontificium subleuatur, cuius tam consilio quàm auxilio pulsus quidem Canonicis, Domno Abbate Richardo monachorum religio reuocatur Qui Richardus postea Fulcuinum Abbatem sibi substituere æstimauit. Hunc ergò Dominus Gerardus Episcopus, vnaque Abbas Richardus Imperatori præsentarunt Abbatia donandum. Subrogatus itaque Fulcuinus, multo labore monasterium, quod desertum inuenerat, Domino Episcopo adiuuante, tam claustro & ceteris ædificijs, quàm regulari fratrum seruitute munuit. Quod ita innouatum Kalendis Maij in honore SS. Apostolorum Petri & Pauli, vt ante fuerat, Dominus Episcopus consecrauit. *Haëtenus ex Chronographo Cameracensi.*

Porro Altimontense cænobium, vulgò, Haulmont, milliari vno à Melbodio Hannonia opido distans, hodieq; monachi Benedictini possident, Sonegia autem, vulgò Soigny, paullatim in opidum

pidum muris cinctum (vt & alia Belgij cœnobia plurima) excreuerunt; eoq; in loco B. Bruno Archiepiscopus Coloniensis & Dux Lotharingia, in signe Canonorum secularium collegium ordinauit, & basilicâ claustroque reparatis, constitutiones iuxta regulam S. Augustini eis præscripsit; vt in manuscriptis Hannonia Chronis Iacobus Guisianus commemorat. An. 965.

LAUBIENSE

Monasterium, ad Sabim fl. secundo milliari à Binchio Hannonia opido, in ditione quidem Leodicensi, sed in diœcesi Cameracensi situm.

Est locus intra terminos pagi, quem veteres à loco, vbi superstitiosa gentilitas Marti sacrauerat, fanum Martinense dixerunt, iuniores à nomine profluentis fluuij Hainou vocauerunt, in pago Sambrino, vbi Sâmbra fluens blandâ & amœnâ ripâ decurrit; quem hinc inde prominentibus collibus planities quædam, & nemorum opacitas, & oportunitas loci gratissimum reddit. In quo loco riuiulus delabitur in Sambram, quem Laubacum vocant, eundemque putant nomen loco dedisse. Licet sint aliqui, qui dictum putent, quòd pro oportunitate capiendarum ferarum (vndique enim saltu cingitur, vinctæque erant Liptinæ, regium olim Ad Liptina
seu Liptinas
pala-

pala-